



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Compendivm Totivs Tractatvs De S. Matrimonij  
Sacramento R. P. Thomæ Sanches E Soc. Iesv**

**Sánchez, Tomás**

**Coloniæ Agrippinæ, 1624**

**3. Forus.**

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41559**

inter se matrimonium, est naturalis, legitima-  
tutamen per sequens matrimonium, l. 8. disp. 7  
num. 19.

17 Filius natus ex matrimonio irrito con-  
tracto bonâ alterius parentis fide , est legiti-  
mus quoad utrumque parentem , & utriusque  
succedit, parentutamen malæ fidei non est le-  
gitimus apud ipsum, & tantum succedit filio,  
sicut pater spurius succedit , lib 8. disp. 34. nu-  
mer. 46.

18 Filij nati ex concubitu contra sponsa-  
lia, vel votum, dicuntur naturales, lib. 1. disp. 2.  
num. 8.

19 Filijs prioris matrimonij tenetur mulier  
secundo nubens reseruare, quæ à priori matri-  
monio titulo lucrativo habuit, non autē quæ  
oneroso, illiq̄ue æqualiter succedunt. Nec po-  
test aliquem ex illis meliorare ; nechoc est  
correctum iure canonico , libr. 6. disputat. 41.  
num. 1.

*Forus.*

1 Forus conscientiæ, & externus idem ser-  
vat, vbi non est falsa præsumptio , nec lex est  
pœnalis, lib. 1. disp. 5. nu. 20.

2 Forus internus fidem adhibet testanti pro-  
fe, & contra fe, non autem externus, lib. 2. disp.  
45. num. 2.

3 Leges fori non obligant, nisi probetur ea-  
rum usus, l. 6. disp. 1. nu. 5.

4 Obligatio naturalis , quæ oritur ex vin-  
culo legis naturalis obligat in foro conscienc-  
tiæ,

tię, licet ius ciuile non concedat actionem. Se-  
cūs dicendum de obligatione naturali ortae ex  
honestatis, & gratitudinis debito, lib. 1. disp. 7.  
*nū. 15.*

¶ Famulus non petens salaryum triennio,  
non amittit illud in foro conscientiae, l. 7. disp.  
37. *nū. 17.*

## G

*Gratus.*

1 **G**ræcis nunquam licuit, nec Latinis ma-  
trimonium inire post sacrum ordinem;  
& Græcus sacris initiatus, non potest mortua  
vxore aliam ducere, libr. 7. disputat. 28. num-  
3. & 4.

2 Differentia inter Græcos, & Latinos in  
sacris ordinibus constitutos, hæc est, ut Græ-  
cis licet post coniugium ad sacros ordines  
transire, & uti matrimonio anteà contracto  
absque peccato, dempto tempore, quo altaris  
ministerio deseruire, vel consuetudine, velle-  
ge debent, quod Latinis est interdictum, l. 1.  
disp. 28. *nū. 5. & 6.*

*Gratia.*

1 Gratia, ut valeat, vel quævis dispositio  
non desideratur scriptura, nisi lex eam petat, l.  
3 disp. 35. *nū. 10.* Nec expirat ante reuocationem,  
l. 3. disp. 30. *nū. 11.*

2 Gratia non prodest, donec veniat in no-  
titiā eius, cui conceditur, licet concedatur  
per modum statuti, & constitutionis. Satis ta-  
men